

ADAM A SCHUVALBACH EQVES ORDINIS RHO-  
diorum.



**A**DAMUS ex nobili familia Schuualbachio-  
rum natus, & in omni genere uirtutum edu-  
catus est. Is cum armorum exercitia amaret, ado-  
lescens factus Cæsaris Caroli militiam sequutus  
fuit. Postea uero ut commodius Turcis resistere,  
atque Christianorum rem publicam sua fortitudi-  
ne iuuare posset, eques constitutus Rhodiorum  
militum ordinem suscepit, atque cum fratre Con-  
rado in insula Melita res multas preclare gessit. Po-  
stea uero in patriam rediit, atq; Herbipolis Iohan-  
nitaru domus præstantissimæ Commendator con-  
stitutus fuit. Cum etiæ aliquos sui ordinis equites  
per Germaniā multis rationibus superaret, supre-  
mi Magistri Georgij Hohenhemij, qui dignitate príncipes æquat, Coadiu-  
tor eligitur, ea conditiōne, ut illo facto functo totius ordinis gubernationē per  
Germaniam amplectatur. In eo uitæ genere Adamus multis animi & corpo-  
ris uirtutibus conspicuus etiamnum pergit, & sibi magnum apud Germanos  
& exterios nomen comparatum conseruare studet. Anon.